



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCLXII. Dieterich d. J., Landgraf zu Thüringen, gründet zum Denkmal eines  
am 16. August über den Markgrafen Heinrich von Brandenburg  
erfochtenen Sieges einen Altar in der St. Thomas Kirche zu ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**CCLXI.** Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad, sichern der Stadt Görzke aus der Münze daselbst eine jährliche Rente zu, am 23. April 1293.

In nomine domini Amen. Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum fluxu temporis, expedit, ut ea, que aguntur rationabiliter, voce testium et scriptis auctenticis perhennentur. Hinc est, quod Nos Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses et de Landsberg marchiones, cum manifesta recognitione presentibus protestamur, Quod dilectis nobis Burgenlibus civitatis Gorcek dedimus libertatem proprietatis seu proprietatem, quam egendum vocamus, ultra triginta tres solidos et quatuor denarios Monete Brand. ad emendationem et firmationem civitatis iam predictae. Hij autem redditus et denarii solventur annis singulis liberaliter civitati et situati sunt in moneta ipsius civitatis. Et renunciamus omni iuri et proprietati, quam habuimus hactenus in predictis denariis et redditibus, literas per presentes. Ne igitur hec predicta donatio proprietatis futuris temporibus per nos, nostros successores hereditarios, valeat in posterum irritari, sed in perpetuum permaneat inconuulsa, presentes damus literas nostris sigillis roboratas. Huius autem rei sunt testes Hinricus de Wardenberch dapifer, Bussio Niger de Irksleue, Otto de Pouch milites et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIII<sup>o</sup>. quinta feria ante dominicam, qua cantatur Jubilate domino, in Magdeburg, per manum domini Zacharie nostre curie notarii.

Aus Professor Heffters Abschrift des Originals im rathhäuslichen Archive zu Brandenburg.

**CCLXII.** Dieterich d. J., Landgraf zu Thüringen, gründet zum Denkmahl eines am 16. August über den Markgrafen Heinrich von Brandenburg erfochtenen Sieges einen Altar in der St. Thomas Kirche zu Leipzig, am 1. September 1293.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Theodericus, Dei gracia Junior Landgravius thuringie, orientalis et lusacie marchio, omnibus Christi fidelibus vite presentis temporis et future, salutis perpetue incrementum perpetuum, in eo, qui salus et conditor est omnium atque vita. Cum omnium habere memoriam potius diuinitati, quam mentibus hominum ascribatur, fragilitati conditionis humane succurrendum, ratio et rationabilis operatio dictitauit, et formam huius dictaminis in posteros traduci consuluit per uiam sapientie et doctrine. Quam ob rem, ut pia facta modernorum apud posteros clarius elucescant, notum esse uolumus singulis et uniuersis, hoc presens nostrum scriptum audientibus uel uisuris, quod per gratiam triumphantis eternaliter et regnantis, sueque matris marie uirginis gloriose suffragiis et piis intercessionibus nobis suffragantibus, a nostris aduersariis triumphum laudabilem et vere laude dignum, in castino sollempnis assumptionis beate marie uirginis, heinricum, marchionem de brandenburg, gloriosum principem, debellando, fuimus affecti. Nos inquam ipsius clementiam et clementem misericordiam, ad cuius nutum omnia

disponuntur, intenta mente intentius intuentes, ad gloriam patris et filii et spiritus sancti, cum omni humilitate et humilitatis deuotione gratias agentes altissimo prosterminur, ipsi ac sue matri marie regine celorum celebriter uenerande, in signum nostre uictorie et triumphi, de facultate nobis a deo collata, altare in ecclesia beati thome apostoli in lipzk, construi procurauimus, ordinantes, ut diebus singulis eternaliter in eodem missa sollempnis de beata uirgine celebretur, et ut celebrantium in eodem satisfiat laboribus, et delectamentum ipsorum mentibus suauius ac dulcius offeratur, quatuor talenta denariorum usualium in moneta lipzk, iusto emptionis titulo comparauimus, ante dictum altare dotando, preposito et priori totique conuentui ecclesie beati thome apostoli, iure proprietatis contulimus et appropriauimus perpetuo possidenda: adicientes statuimus, ut hec summa denariorum annis singulis in die beati egidii prius dictis dominis perfoluatur. Et ut hec nostra ordinatio perpetue firmitatis robur accipiat; presentem paginam nostri sigilli karactere iussimus fideliter communiri. Cuius testes sunt viri nobiles, Comes hermannus de orlamunde, fridericus comes de rabenswald, heinricus aduocatus de wida, hermannus et theodericus de schonenburch reinhardus de strele, volradus de kolditz, Johannes de geilnowe, et alii quam plurimi fide digni. Datum et actum Lipzk, Anno domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.nonogesimo tertio, Kalendar. septembris.

Aus Wilkii Ticemannus App. 103. 104. Schöttgen und Kreyzig Obersächf. Nachlese I, 60.

**CCLXIII.** Der Markgraf Otto von Brandenburg bestätigt der jetzt Mecklenburgischen Stadt Grabow ihre Rechte und Besizungen, im Jahre 1293.

Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis et Lusatie ac Dominus de Henneberg, dilectis suis Consulibus et uniuersis Ciuibus in Grabow gratiam suam et omne bonum. Fidelitas vestre constantie nostrum ad hoc inducit animum, ut ea, que expediunt uestre \*) utilitati, intentis semper affectibus prosequamur. Hinc est, quod uestris desiderijs iustis inclinati, concedentes vobis et ciuitati nostre Grabow uniuersa Jura, Libertates, proprietates, possessiones, gratias, donationes, consuetudines approbatas, quibus vos et ciuitas estis a retroactis temporibus preediti †) et muniti, priuilegia uestra, Libertates et instrumenta, per Comites de Dannenberg vobis concessa et indulta, presentis pagine patrocinio ratificamus et confirmamus. Insuper damus Ecclesie beati Georgii in Grabow, vobis et ciuitati, proprietatem ambarum villarum Karstede et Fresenburg, cum omnibus attinentiis et fructibus, atque uniuerso iure supremo et infimo, manus et colli, campis, syluis et pascuis, prout nobilis vir Volradus, Comes de Dannenberg, iam dictas villas beato Georgio, vobis et ciuitati vendidit et donauit, veluti in literis suis \*\*) plenius est expressum. Aduocati vero

\*) Gerken und Frank: nostre.

\*\*) Die Urkunde des Grafen Wolrad, wegen Karstede v. J. 1259, steht in Klüber a. a. D. II, 206.

†) Gerken und Frank: preediti.